

Vel qui colla (1.) jugis subdat sua, dicite quis sit,
Ruricolūm qui (2.) mons Cilicum, simul arboris (3.) imū,
Vertatur celo (4.), numismate splendeat aureo (5.),
Sit quoque mas (6.) Ridete *mares*, ridete *marita!*

N O T A.

Fab. Quintil. lib. 8. cap. 2.

Ioach. Camerar. in Exercit. Rhet.

Scalig. in Conjectur. pag. 175.

*Rochlicio - Dresdam, cum adpræcatione
auspicatissimi conjugij hujusq̄
annantis & perennantis, l. m. q̄
tramittebat*

M. Michael Vogelius, SS. Theol.
Cultor, & p. r. ibid. Scholæ Rector.

Matth. 19. §. 6.

DeVs qVos ConIVgat, HoMo VIX separat.

Ad Amplissimum, Spectatissimumque
Dn. Sponsum.

O Bjectum visus, dum lux est Graule requiris?
Subjectum, cum nox venit, Amoris amas?
En Wildvogeliâ castam de stirpe puellam;
Anna tibi fuerit, quod pius optat amor.
Hanc decorat Pietas, speciosæ & gratia formæ,
Hanc decorat niveus cum gravitate Pudor.
Iccircò tædis cum Vota, precesque ferantur
Tot, quot convivas cœna parata vocat.
Qui non felici dicam Te sydere natum,
Exvoto, DANIEL, dum tibi Sponsa datur?
Dumque rogas nostras, Affinis Sponse, Camænas,
Exoptant thalamo prospera fata tuo.
Exulet à casto tristis discordia lecto,
Ditet & assiduum copia larga focum.
Aucta domus referat famatos prole parentes,
Aurea Pax Vobis, Vita Salusq̄ fiet.

Daniel Mollerus Chemnic. p. t. Rochlic. Cantor.